



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis  
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmanstorff ad  
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatae Concionis Moralis In  
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

**Penzinger, Sebastian Heinrich**

**Solisbaci, 1698**

Martius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51763)



# MARTIUS.

## IN FESTO S. JOSEPHI.

### CONCIO PRIMA.

*Textus.* Joseph. Matth. i. cap.

*Thema.* Patrocinator S. Joseph universis, in universis.

*Exordium.*



Anct. Josephum omni homini, in omnibus negotiis re patronum, experta S. Theresia testatur in Reu. lib. 6. *In Patronum & Dominum elegi gloriosum & S. Joseph, ejusque patrocinio unice me recommendo.* liquido deinde perspexi, S. hunc Patrem, & Dominum meum, tam ab hac necessitate, aliisque majoribus, in quibus anima mea, & honore, & perditione agebatur, liberasse, nec me me aliquid ab eo petisse, cujus me compotem non fecerit; experta sum, in qualibet necessitate adjuvare, & adesse, adeo minus nobis indicare velle videatur, quod, quemadmodum in terrâ viventi subditus fuit, sic ei existenti in cælo, nil eorum petierit, denegat. S. Joseph non impetrat, sed imperat, non ordinat. Joannes Gerson. part. 3. Tractatu in Magnificat. *Quis quid vult à Deo obtinere, accipiat S. Joseph pro Advocato, & impetrabit.* Bernardinus de Busto part. 4. serm. 12. *Panem conservandum, accepit S. Joseph, tam sibi, quam toti mundo; Joseph constituit Deus, suæ Matris solatium, suæ carnis nutrimentum, consilium denique solum in terris, magni Consilii coadjutorem fidissimum.* Bern.

S. Bernardi  
nu.

Bernardus hom. 2. super missus est. *Quibusdam sanctis datum est, S. Bernardum in aliquibus specialibus causis precipue parrocinari, at Sanctissimo Joseph, in omni necessitate, & negotio concessum est opitulari, & omnes ad se pie confugientes fovete, & affectu pio prosequi.* S. Thomas A. *S. Thomas Aquinas.* O beatos, & felices eos, quos S. Joseph dilexerit, quos sub sua protectione suscepit, non dubium, quin innumera beneficia, ob illius merita, à Deo sint habituri. Archiepis. à Capite Fontium. hom. de laud. virg. Materiam hanc Conceptibus deducam, imploratâ divi-  
nâ gratiâ.

## CONCEPTUS I.

Evangelista Lucas cap. 2. narrat: Postquam tres Rêges Orientis in Bethlehem advenerant, Regem Christum Jesum adorare; Sacratissimam familiam, hoc ordine locatam invenerint: *Invenerunt Mariam, & Joseph, & Infantem.* Joseph in medio Mariæ & JESU ponitur. An non convenientius fuisset, in medio ponere Jesum delatissimum infantem? non JESUS, sed Joseph in medio ponitur. Cur hoc? An medius inter Jesum & Mariam ponitur Joseph, medius quasi Mediator, Patronus, Advocatus universalis apud Deum, pro homine? ita subscribit Conceptum hunc doctissimus Josephus Mansi, in Promptuario in Festo S. Josephi disc. 8. *S. Evangelista Josephum in utriusque medio proponit constitutum: Invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem, velut Mediatorem & Intercessorem.*

Confirmatio  
Jesu  
Deductio.

## CONCEPTUS II.

Joseph Ægyptiacus figura erat S. Patriarchæ Joseph, nutritii Salvatoris nostri, sicut enim hic panem servavit uni Regno, sic Joseph panem vivum, Christum Jesum, servavit universo mundo. Ita elegantè Aloysius Novarinus in umbrâ virgæ S. 41. Quod nunc de Josepho Ægypti Pharao pronunciavit, vocavit eum linguâ Ægyptiacâ, *Salvatorem mundi.* Gen. 41. cap. meliori jure de S. Joseph pronuntio, & voco, *Mundi salvator dictus est, primus ille Joseph, eò quòd urbem à famis excidio liberasset: justius hunc titulum meretur Joseph, qui ipsius mundi Salvatore salvavit ab Herodis manibus.*

Bb 3

Quod

Quod Joseph Ægypti dixit ad fratres, Genes. 45. cap. *Nolite pro salute vestra misit me Deus*, hoc de S. Joseph rectius dici potest non paveat humanum genus, pro salute omnium hominum est Joseph. Probo verbis Arnoldi Carnotensis, in bibl. vet. *Securum accessum jam habet homo ad Deum, ubi Mediatorem cause sua, filium habet ante Patrem, & ante filium Matrem.* Monstrat filius Patrem, & vulnera, & movet Patrem, ut misereatur; monstrat Mater filio lac & ubera, & movet filium, ut indulget mortali. Sed quis est, qui moveat filium & matrem, ut filius ad patrem, mater ad filium patrocinentur? est S. Joseph, ab Evangelio Luca 2. cap. in medio Mariæ & Jesu, matris & filii ponitur. *Invenit Mariam, & Joseph, & Infantem.* In medio Mediator: monstrat matri & filio, S. Joseph labores, & opera, quæ in nutriendo eos protulit, ac sustinuit, quibus commovet matrem, sponsus fidelitatem, ut monstret filio lac & ubera; filius movetur, ut monstret Patrem & vulnera: Sic homo per S. Joseph acquirit patrociniū universale. Ita confirmat Joannes Gerson, in Josephinâ: *O quanta fiducia, quanta vis impetrandi, quia dum Pater orat uxorem Matrem, velut Imperium reputatur.* Hoc edocere voluit propter Ecclesia, in sequenti formulâ, S. Josephum invocare nos intercedens: *Sanctissima Genitricis tuae Sponsi, qua sumus Domine, precibus adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis concessione donetur.*

### CONCEPTUS III.

Angelus S. Josephum Luca 2. cap. ita compellat. *Joseph Filius David.* Cur quæso Filium David nomine compellat, & non rectum Abrahamæ vocat? Glossa citata verba habet: *Ex nomine quasi notum, & familiarem, hac autem familiaritas, gratiam utiliter obtinendarum est indicativa.* Inquit Mansius supra citatus probat, & confirmat. Exodi cap. 33. Moyses Deum precatur, ut remissione peccatorum populi sui: placatus Dominus, respondit Moysi. *Novi te ex nomine:* desuper Rupertus Abbas: *Dicit Dominus Moysen, novi te ex nomine, quasi consequens sit, ut quod ipse non est Deo, hoc alios, qui in Dei notitiâ non sunt digni, committat.*

*possit. Quis quæso magis Filio notus, quàm Pater? Quis Sponsæ magis notus, quàm Sponsus? Joseph Pater nutritius erat Dei Filii, Sponsus & verus maritus Virginis Mariæ: Joseph, te nomine vocat Angelus, Patri notissimum, & familiarissimum; si nunc ex mente Ruperti consequens sit, ut qui ipse notus sit Deo, hic alios commendare possit; Joseph DEO & virgini intimus, & notissimus; ergo per hoc Generalis Patronus, Advocatus, & Intercessor. Cur Filium David vocat? Cur non Filium Abrahamæ? David se obstrictissimum memorat: constat ex Psalmo 131. *Memento DOMINE David, & omnis mansuetudinis ejus, sicut juravit DOMINO, votum vovit DEO Jacob; propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui; juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam.* Filium ergo David, Angelus S. Josephum vocat, ad indicandum, Deum S. Josepho esse obstrictissimum, ad dictissimum; S. Josephum generalem esse humani generis Conservatorem, Advocatum, Patronum, Salvatorem; propter Josephum non avertere, sed faciem suam ad nos convertere CHRISTUM JESUM.*

#### CONCEPTUS IV.

Duce S. Josepho, Dei Filius introire voluit in hunc mundum. Ita Lucas cap. 2. *Ascendit autem & Joseph, à Galilea de civitate Nazareth, in Judæam civitatem David, qua vocatur Bethlehem, eò quòd & ipse erat de familia David, ut profiteretur cum Mariâ, desponsatâ sibi uxore pregnante: factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, & peperit Filium suum primogenitum.* Duce Josepho ad Arimathæâ, iterum exire voluit de hoc mundo. Sic Marcus testatur cap. 15. *Joseph eum involvit sindone, & posuit eum in monumento: desuper Cornelius à Lapide in cap. 17. Matth. Notandum est, Christum introisse in mundum per Joseph: Sponsam Virginis, exisse è mundo, ac sepultum esse, per Joseph ab Arimathæâ.* Notandum est: hortatur Cornelius; Quid in hoc notandum est, quòd JESUS per Joseph in mundum introire, & iterum per Joseph exire è mundo voluerit? Apocal. cap. 1. Christus

Christus se, *Alpha & Omega, Principium & finem*, intitulat; dicitur  
 Joseph, initium sumit in mundum, duce Joseph, & finem sumit in  
 hoc mundo; cum Joseph à principio usque in finem est Jesus: Jo-  
 seph sortes nostras, à principio usque in finem confisas habet, ge-  
 neralis est Patronus & Advocatus; per Josephum stat felix ege-  
 sus ex hoc mundo, & beatus ingressus in cœlum; per Josephum  
 stat felix via in hâc Patriâ, & beata vita in æternitate; per Jo-  
 sephum venit felix vitæ initium, & felicior finis vitæ, paratæ mortis  
 & post ipsam, æternæ beatitudinis.

### CONCEPTUS V.

Variis rebus comparantur Jesus, Maria, & Joseph. Maria ab  
 gelis dicitur aurora. *Qua est ista, qua progreditur quasi aurora*  
 Cant. 6. *Aurora est beatissima Virgo Maria, qua inter noctem  
 solem, inter hominem & Deum, inter hominem injustum, & Deum  
 justum est optima mediatrix.* S. Bonaventura Serm. de Nat. B.  
 Aurora Maria, quæ solem gratiæ, Christum Jesum, mundo peperit  
 & produxit. *Orietur vobis Sol justitia.* Malachia cap. 4. Si Maria  
 aurora, Jesus Sol; S. Joseph est Angelus, qui semper in suo curia-  
 lem Christum regit, & dirigit, ut radiis gratiarum suarum,  
 homines illustret, ac illuminet. *Mariam paradisum, CHRISTUM  
 arborem vite*, intitulat S. Bernardus in Deprecat. ad B. V. *Paradisus  
 DEI tu es, quia lignum vite mundo protulisti.* Si Maria paradisus,  
 Jesus fructus ventris arbor vitæ; ergo S. Joseph Cherubinus ad  
 januam paradisi, exulârunt in hoc mundo fructum perditum,  
 unde exulârunt, iterum pervenire ad fructum perditum, Dei gratiam,  
 recipiant. Arcam Noë Maria insinuat Hesychius Hom. de Deiparâ.  
*Arcam, que unigenitum Trinitatis portavit complementum.* Si Maria  
 JESUS columba est, quæ ramum viridem pacis & reconcilia-  
 nis attulit: S. Joseph Noë est, omnium misericordissimus pa-  
 tris, & fautor, ut ab interitu conserventur, pace æternâ fru-  
 tur. Mariam templum DEI intitulat S. Andreas Cretensis  
 rat. de Annunt. B. V. *Salve magnificum divine gloriæ templum*  
*In hoc templo Sanctum Sanctorum est CHRISTUS JESUS*

Vincentius in Vigil. Nativ. Si Maria templum DEI, CHRISTUS Sanctum Sanctorum; ergo S. Joseph est summus Sacerdos, cum sit justus, qui Sanctum Sanctorum Christum Jesum, in suis deportat manibus, ut omni homini benedictionem DEI, & remissionem peccatorum, clementissimus Patronus impertiatur. The-saurus est Jesus: *In quo omnes thesauri sapientia sunt absconditi.* ut Paulus docet. 2. ad Cor. cap. 3. Mariam *vas divinitatis* Bernardinus Senensis nominat tom. 3. ferm. 36. tertiâ part. Si the-saurus Jesus, Maria vas, in quod hic thesaurus repositus; ergo S. Joseph est thesaurarius liberalissimus, de thesauro gratiarum Dei, nobis egenis & indigentibus, milliones elargiri, omni tem-pore paratissimus.

Hortor ergo: *Ite ad Josephum.* Genes. 41. cap. Indigentes ite *Epilogus.* ad Josephum, ad thesaurarium Dei liberalissimum; Peccatores, ite, confugite ad Josephum, ad Noë misericordissimum, salvatio-nem & conservationem impetraturi: omnes tandem morta-les, ite ad Josephum, Sacerdotem benignissimum, bene-dictionem temporalem, & æternam consecuturi.



Cc

IN



## IN FESTO S. JOSEPHI.

## CONCIO SECUNDA.

*Textus.* *Gloriâ & honore coronâsti eum.* Psalm 8.

*Thema.* Quàm gloriosus, & honoratus sit S. Joseph.

*Exordium.*



Enex & virtuosus Patriarcha Jacob, à Spiritu S. illuminatus, è nominibus Filiis suis futuram felicitatem aut infortunium prædixit: Filio suo Josepho prophetizat: *Josephus Filius accrescens.* Genes. 49. cap. Merito nutritio Christi, à providentiâ divinâ, datum est no-

*Patres.*

men Joseph: *Joseph Filius accrescens:* siquidem post B. V. Mariam nulla creatura in gloriâ & honore adeò altè assurrexit, quàm S. Josephus Pater nutritius Christi. Audiamus desuper Patres *In comparatione gratiæ & gloriæ S. Joseph, cum gratiâ & gloriâ aliorum Sanctorum, existimo pium & verisimile, Sanctum hunc reliquos omnes, etiam Apostolos, in gratiâ & beatitudine antecellere.* Ita Suarez. tom. 2. in 3. part. D. Thomæ q. 22. art. 1. disp. 8. sect. 2. *Joseph vir justus, justitiâ suâ, meritorum gratiarumq. volumine, cæteros excellit Sanctos.* Dionysius Carthusianus in cap. 2. Matth. *In tantum est exaltatus dignitate S. Joseph, ut Matris Dei, cui inter puras creaturas, sanctitate & dignitate nihil est æquale, meruit verus esse Sponsus, & verè unigeniti Filii Dei Pater nuncupari, quibus duobus titulis, & prodigiis, factus est super omnes Patriarchas, & Prophetas, qui ante eum fuerunt.* S. Hieronymus in cap. 48. Genes. *S. Joseph, post B. Virginem, censetur inter primos Sanctos.* S. Gregorius lib. 19. moral. *Nullus Sanctus in caelo ma-*

*Suarez.*

*Dionysius Carthus.*

*S. Hieronymus.*

*S. Gregorius*

*in cap. 48. Genes. S. Joseph, post B. Virginem, censetur inter primos Sanctos. S. Gregorius lib. 19. moral. Nullus Sanctus in caelo ma-*

ior est, S. Josepho, post virginem benedictam. Joannes Gerson. de Nativ. B. V. Nemo mihi audacia adscribat, si Joseph perfectissimum omnium Sanctorum unâ B. Virgine exceptâ, prædicem. Cartagena tom. I. de B. V. lib. 4. hom. 8. sicut subjectio inestimabilem humilitatem notat in Christo, ita dignitatem incomparabilem signat in Josepho. Joannes Gerson. de Nativ. B. V. In anima & corpore, S. Joseph in cælis gloriosus est. Bernardinus de Busto. de Desponsat. Mariæ. Invocatâ Dei gratiâ, desuper Conceptus formabo.

Joannes  
Gerson.

Cartagena.

Bernardinus  
de Busto.

## CONCEPTUS I.

Quæstio orta est in Collegio Apostolico: *Quis putas major est in regno cælorum.* Matth. 18. cap. Quæstioni respondet Magister Christus: *Quicumque se humiliaverit, sicut parvulus iste, hic major est in regno cælorum.* Quasi diceret: Humillimus, demississimus in terrâ, erit maximus, honoratissimus, gloriosissimus in cælo: humillimus, demississimus fuit Josephus in terris: Probo assumptum; S. Joseph verissimus fuit maritus Mariæ, teste Scripturâ: *Joseph, noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Matth. cap. 1. Si verus maritus Mariæ, ergo omnibus dotibus uxoris suæ particeps; sic concludente S. Bernardino Senensi, tom. 3. de S. Joseph. *Cum omnia, qua sunt uxoris, sint viri, credo, quod B. V. totum thesaurum cordis sui, quem Joseph recipere poterat, ei libentissimè exhibebat.* Maria verò uxor S. Joseph fuit humillima: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum,* Lucæ 2. cap. & respexit humilitatem ancilla sua. Si nunc cordis sui thesaurum exhibuit B. Virgo Joseph, & si in uno matrimonio, certè in hoc fuerit alter alterius adiutorium simile illi, Maria thesaurum humilitatis suæ, liberalissimè S. Joseph communicaverit, Joseph humillimæ virginis factus fuerit humillimus maritus. Unde iterùm Bernardinus Senensis, tom. 3. de S. Joseph: *Credo, Joseph fuisse mundissimum in virginitate, profundissimum in humilitate, ardentissimum in charitate, altissimum in contemplatione, ut esset adiutorium simile illi.* Uti nunc humilitas B. Virginem exaltavit, & fecit inter omnes mulieres dignissimam, gloriosissimam, ita humilitas S. Joseph, inter viros fecit

Confirmatio  
seu  
Deductio.

Cc 2

in

in cœlo maximum, honoratissimum, dignissimum, & gloriosissimum. Hoc ulterius demonstro, cum prodigiosâ scalâ Jacob.

## CONCEPTUS II.

Jacob Genes. 28. cap. vidit *scalam stantem super terram, & cœlum illius, tangens cœlum, Angelos quoque Dei, ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scale.* Ille gradus in scalâ, super quem innixus erat Dominus Deus, utique gradus primus, supremus, & altissimus erat. Rupertus, per gradus & scalam Jacob intelligit Reges & Principes, de quorum sanguine Christus progressus & ortus est; *Qui*, jam inter hos Patres, Reges, & Principes, de quorum tribu, & sanguine, Christus nasci dignatus est, primus, maximus, dignissimus, altissimus, supremus est? utique is super quem Dominus innixus est; hic autem gradus est S. Joseph teste Matth. cap. 1. *Jacob autem genuit Joseph, virum Mariae, de qua natus est Jesus.* desuper Rupertus; *Supremus autem scale gradus, B. Joseph, cui Dominus innixus est, tamquam tutori pupillus.* in cap. 1. Matth. lib. 21. *O quoties Deus, Christus Jesus super Joseph innixus suavissimè recubuit, in sinu quievit! O quoties, quantâ dulcedine audiebat Joseph, balbutientem puerum, se Patrem vocare?* eximat Bernardinus Senensis art. 2. cap. 2. Si nunc Joseph, primus proximus gradus est, in scalâ generationis Christi, Pater nutritivus Filii Dei; ergo & primus & proximus post virginem, ad thronum Dei, in cœlis, omnium honoratissimus, dignissimus, maximus, gloriosissimus est S. Joseph. *Joseph dies ille Sabbathi est, in quo gloriosus Dominus requievit ab omni opere, requievit corporaliter in gremio in brachiis, in collo, in humeris.* Ilidorus Isolanus. part. 3. cap. 1. Certe firmo verbis Christi Matth. 20. cap.

## CONCEPTUS III.

Comparuit coram Jesu, Mater Filiorum Zebedæi, cum supplicat *Dic, ut sedeant, hi duo Filii mei, unus ad dexteram, & unus ad sinistram, in Regno tuo.* Matth. 20. cap. Respondet suavissimus Dominus: *Sedere ad dexteram, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed*

quibus paratum est, à Patre meo. Quasi diceret: Hæc præcedentia, & sessio ad dexteram & sinistram, jam à Patre meo cœlesti, ab æterno duâbus personis præordinata est: desideratis scire, quæ sint illæ felicissimæ, dignissimæ personæ, quibus præcedentia, & sessio ad dexteram & sinistram Dei in cœlis ordinata sit? dicit Rupertus. *Et quibus parata sunt sessiones illæ? nisi gloriosa Matri, quæ stabit à dextris: & Patri S. Joseph, qui præerit à sinistris.* Proximus ergo Joseph, ad latus Jesu in cœlo, ergo primus, dignissimus, honoratissimus, altissimus, gloriosissimus in cœlis.

#### CONCEPTUS IV.

Experientia docet, quò propinquior, vicinior arbor aquis, fonti, aut rivo plantata consistit, eò arbor illa altior excrescit, eò magis se dilatat. Christus Jesus à Joanne cap. 4. *Fons aquarum viventium* intitulatur. Sponsus in Canticis cap. 4. Mariam *Fontem signatum* dicit: proximus, vicinissimus, apud, cum, & penes Jesum & Mariam, has aquas gratiarum, triginta annis consistit S. Josephus; proximus dico: quis enim Filio proximior, quàm Pater? Quis sponsæ proximior, quàm sponsus & maritus? Pater, nutritius Christi Joseph. *Illi æternus Pater, primatûs sui similitudinem, super incarnatum verbum, & Filium, libentissimè condonavit.* scribit S. Bernardinus Senensis. ferm. de S. Joseph. Verus maritus Mariæ est Joseph, Dei verbo. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Matth. 1. cap. Concludo: ergo S. Joseph proximus, vicinissimus in hac vitâ, aquis gratiarum Jesu & Mariæ, altissimus in honore, in dignitate summus, in gloriâ supremus, præ cœteris Sanctis in cœlis excrescit. *Tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.*

#### CONCEPTUS V.

Cruce & aridum lignum, in quo Christus Jesus pependit, inter reliquias Sanctorum est honoratissimum, dignissimum, gloriosissimum: Causa est tantî honoris, dignitatis, & gloriæ, quia Christus in eâ pependit: & quàm diu? tribus circiter horis. Si nunc lignum tam honorificum effectum est, quia in eo Christus tribus horis pependit;

pendit; omnino dignissimus, honoratissimus, gloriosissimus est Joseph, cum Jesum, quasi sibi acclavatam, mille brachiis deprecavit, cum Jesum, non tribus horis, sed triginta annis, fidelissimum nutritius studiosè tulerit, providè aluerit, sollicitè curaverit; merito in cœlis, S. Joseph, super omnes Sanctos exaltatus, honoratus, gloriosus,

### CONCEPTUS VI.

De se fatetur æterna veritas. Matth. 5. cap. *Non veni solvere legem, sed adimplere.* Legem honorandi parentes, non tantum veteri lege: Exodi 20. cap. Deus Pater præcepit, sed et in novæ lege Matth. 7. cap. Christus Jesus confirmavit: *Honora Patrem, & Matrem.* Veni, inquit Christus, legem adimplere, ergo Joseph parentem Christus in cœlis honorabit; Sed quo gradu? Juxta æquitate honorat Deus Sanctos, eos in certo gradu honorum, in cœlo constituens: Exempli causâ; altiori gradu constituti sunt Archangeli, quàm Angeli; altiori gradu locati sunt Apostoli, præ Confessoribus; propterea disparitatem faciendi, inter reliquos Sanctos & S. Joseph, qua parentem, quâ nutritium Christi, sine dubio, gradu honoris, dignitatis, & gloriæ in cœlis, super Angelos, super Apostolos, super Confessores, exceptâ virgine, super Sanctos cœli caverit. Magna quidem dignitas Angelorum, quia intimi ministri Dei: excedit gradum S. Joseph, Deum habet subditum, & ministrum. Luca 2. cap. *Et erat subditus illis.* Magna dignitas Apostolorum: *Non dicam vos servos, sed amicos,* Luca 15. cap. alt. S. Josephum Deus dicit parentem. Magna dignitas Martyrum; quantum corpore pro Christo passi: S. Joseph pro Christo passus, in animo mente, parte subtiliori; ergo dignissimus, honoratissimus, super Martyres; Magna dignitas Confessorum; S. Joseph dignissimus, primus nomen Jesu confessus est. *Vocabis nomen ejus Jesum.* Matth. 23. cap. Magna dignitas Virginum: *Sequuntur agnum, quocumque sero* Apocal. 14. cap. superat S. Joseph, dignissimus est inter virgines, tum enim sequitur agnum, sed præcedit. *Erat subditus illis.* Luca 2. cap. Joseph ergo super omnes Sanctos honoratissimus, gloriosissimus in cœlo.

## CONCEPTUS VII.

Etiam Barbari fidele servitium maximè præmiarunt; sic Assve-  
rus Mardocheum, quia è vitæ periculo liberavit, maximâ dignita-  
te, & honore, ac gloria condonavit: *Tulit Aman stolam, & equum,*  
*indutumque Mardocheum, in plateâ civitatis, & impositum equo,*  
*precedebat, & clamabat; hoc honore condignus est, quemcunque volue-*  
*rit Rex honorare.* Esther 6. cap. Quis post Mariam, Christo Jesu fide-  
liora servitia præstitit, quàm S. Joseph? S. Joseph Christum fugâ à  
facie Herodis salvavit: S. Joseph labore manuum suarum nutritiv  
Jesum, & educavit: tam fidele servitium, quis explicet, quantum  
Christus Josepho remuneratus sit? *Tantus existimandus est justus*  
*Joseph in gloriâ, qui talis, & tantus in terris est in miseriâ inven-*  
*tus.* inquit Gerson. serm. de S. Joseph. quot vigilias sustinuit, quot  
asperas vias ambulavit, quot pericula subivit, quos non duos labo-  
res confecit, amore Jesu? honoratissimus, gloriosissimus est S. Joseph  
in cœlis. David testatur. *Gloriâ & honore coronasti eum Domine, &*  
*constituisti eum super opera manuum tuarum.* Psal. 8.

Tam honoratissimum, gloriosissimum virum S. Joseph, honore-  
mus & nos hodiernâ die, & acclamemus, quod olim Judith cecinere Epilogus.  
Cives Bethulia. *Tu gloria Jerusalem; tu letitia Israël; tu honorifi-*  
*centia populi nostri.* Te imploramus, & suppliciter invocamus, me-  
mento nostri, in Regno tuo, & gloriâ; fove parens nos miseros; pa-  
sce nutritie nos pupillos; dirige nos, ac rege, o tutor, orphanos;  
subveni nobis exulibus, O S. Joseph! Patrone clementis-  
sime, & maxime! Amen.



IN



## IN FESTO S. JOSEPHI.

## CONCIO TERTIA.

*Textus.* Constituísti eum super opera manuum tuarum.  
Psal. 8.

*Thema.* Potentissimus est S. Joseph.

*Exordium.*



Uam potens apud Deum sit S. Joseph, scriptis docti-  
morum virorum adstruamus: Qui in regia fan-  
ritatis sacrarium admittuntur, multa facere possunt  
& dicere, quibus pauperum necessitates subleuantur.

*Patres.*

*S. Thomas  
Aquinas.*

*Bernardinus  
de Busto.*

*Joannes  
Gerson.  
Isolanus.*

*S. Theresia.*

scribit Petrus Blefensis, Epist. 1. cap. 102. O quanta  
ducia, quanta vis impetrandi? quia dum vir, dum Pater, et ut  
rem & natum, velut Imperium reputant. Joannes Gerson in  
sephinâ. Quibusdam Sanctis datum est, in aliquibus specialium  
sis præcipue patrocinari, at Sanctissimo Josepho, in omni necessitate  
& negotio, concessum est opitulari, & omnes ad se pie confugunt  
fovere, & pio affectu prosequi, ita docet S. Thomas Aquinas.  
Christus habeat claves Paradisi, & unam dedit Matri suæ, & alii  
Patri suo Joseph; qui autem habet clavem, etiam & ea, quæ  
nentur sub clavi: ita Bernardinus de Busto, part. 4. ferm. 12. Omnes  
creatura obediunt Josepho, cum ipse Christus obediens existet  
sepho. Joannes Gerson, in Josephinâ. Mortales inter Patronos  
Deum S. Joseph efficaciorum, & post virginem præstantiorum  
tror. ita Isolanus: Sicut Christus vivens in hoc mundo, voluit  
ditus esse Joseph, ita etiam in cælis existens, nihil ei pro nobis  
pellanti negat, S. Theresia lib. Revelat. cap. 6. Potentiam S. Joseph  
divinâ ope Conceptibus demonstro.

CO

## CONCEPTUS I.

Cornelius à Lapide asserit, ex eo, quòd Deus Adam potestatem dederit, omnibus creaturis & animalibus nomen imponere, acquisiverit Dominium, & Imperium, super omnes mundi creaturas, & animantia, factus sit Imperator totius mundi; cum rem ad placitum suum vocare, signet, rem illam pleno jure ad vocantem pertinere: S. Joseph Deus Pater clementissimè indulgit, ut Filio suo unigenito nomen daret. Matth. cap. 1. *Joseph, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in eâ natum est, de spiritu S. est, pariet autem Filium, & vocabis nomen ejus Jesum.* Si nunc Adam ideo, quia potestatem à Deo acquisivit, creaturas terræ nomine compellare, creaturarum omnium Dominus, & Imperator factus est, omnes creaturas sibi subjectas, voluntati suæ obediens habuit; S. Joseph in cœlum, ac terram Dominium & Imperium tenet, quia cœli terræque Domino nomen imposuit, Dei omnipotentis Filium, nomine Jesu vocavit. *Vocabis nomen ejus Jesum.*

Confirmatio  
seu  
Deductio.

## CONCEPTUS II.

Docent Juristæ: *Fructus cedunt solo.* Arbor & fructus, ad illum jure spectant, in cujus solo & fundo fructus crevit, & hoc sine controversiâ, sive Dominus fundi, aut ipse fructum seminaverit, arborem plantaverit, in propriâ personâ, vel alius per errorem, aut datâ operâ, laborem & operam, in illo fundo impenderit. Maria vera uxor S. Josephi, quoad corpus, S. Josepho subjecta est, corpus B.V. proprius fundus est S. Josephi, ex S. Pauli asserto 1. ad Corinth. c. 7. *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir.* Fructus ergo, qui in utero Mariæ virginis, licet supernaturaliter plantatus est, verè in fundo proprio S. Josephi crevit, jure ad Josephum, quâ fundi, uteri B. Virginis proprietarium spectat, & pertinet; sic Jesus Dei Filius, proprius fructus est, & S. Josephi, dicit nunc S. Paulus, ad Rom. cap. 8. quòd Deus cum Filio Jesu, etiam omnia nobis donaverit. *Cum illo omnia nobis donavit:* maximè revera donavit omnia cœli terræque, cum Jesu S. Joseph, quâ fundi Domino,  
D d &

& proprietario. Si nunc Jesus est mare gratiarum, aquis gratiarum abundat, & superfluit, fructus hic proprietarius S. Joseph: *data est omnis potestas, in caelo, & in terrâ.* Matth. 28. cap. in fructu Jesu, in caelo, & in terrâ, omnem potestatem, caeli, terrae, & quae Dominium acquisivit S. Joseph: sicut post P. Virginem est honoratissimus, gloriosissimus, ita etiam in caelo & in terrâ potentissimus. Aureè concludit hunc Conceptum Bernardinus de Buis part. 4. serm. 12. *Cum Christus haberet claves Paradisi, unam dedit Matri suae, & aliam Patri suo Joseph, qui autem habet clavem, habet ea, quae continentur sub clavi: nempe omnem potestatem ac Dominium. Constituisti eum super opera manuum tuarum.*

### CONCEPTUS III.

Paulus ad Galatas scripsit cap. 4. *Quanto tempore heret parvulus est, nihil differt à servo.* Ergo Jesus parvulus, & Filius servus est Josephi. *Erat subditus illis,* Lucæ 2. cap. *Jura habet servus lucratur Domino suo.* O quantas divitias gratiarum lucratus est Jesus, per humillimam obedientiam, per ignitam charitatem, per summam patientiam, in passione, & cruce; has divitias gratiarum, cui lucratus est? omnium primò Domino suo, S. Joseph: sequitur inde, S. Joseph post Mariam est potentissimus, caelum terramque Dominium habet generale: Job. cap. 42. *Non est potestas, quae comparetur ei.* Meritò ergo S. Joseph honoratur, quod olim de se agebat Iphicrates.

### CONCEPTUS IV.

Gratulabatur sibi Iphicrates. *Hoc meum est Imperium, impero iis, qui imperant omnibus.* Rectius hoc dicit S. Joseph: Jesus fatetur Matth. 28. cap. *Data est mihi omnis potestas, in caelo, & in terrâ.* Huic potentissimo imperat S. Joseph, quia Pater est, quia superior suo subdito, imperat Jesu S. Joseph: ergo & imperat omnibus, quæ Jesu sunt; Cælum Jesu domus est, ergo caelum imperat Joseph: Angeli Jesu ministri sunt, Joseph imperat Jesus & Angelis ministris: universæ creaturæ, sol, luna, stellæ,

aqua, aër, terra, homo, & animantia, Jesu suppellex sunt, Joseph imperat Jesu, ergo & imperat omni creaturæ. *Non est potestas, qua comparetur ei.*

## CONCEPTUS V.

S. Thomas docet part. 3. quæst. 27. art. 5. *Quantum aliquid appropinquat Principio, in aliquo genere, tanto magis participat effectum ejus.* Sic docet S. Dionysius Areopagita in cœlesti Hierarch. part. 4. quod Angeli, qui proximiores ad thronum Dei adstant, copiosius à radiis gratiarum ditentur: Jesus & Maria, origo sunt omnis gratiæ & donorum: De Jesu scribit Thomas part. 3. quæst. 27. art. 1. *Jesus est Principium gratiæ, secundum divinitatem autoritative, secundum humanitatem verò instrumentaliter.* De hoc fonte gratiarum & donorum inquit S. Joannes: *de plenitudine ejus, accipiemus omnes*; de B. V. Mariâ scribit S. Bernardus super missus est. *Plena est, & superplena, de cujus plenitudinis exundantiâ, resersa reviviscit omnis creatura.* Quis nunc vicinior, proximior assistit Jesu & Mariæ, quàm S. Joseph? Quis sapius Jesum amplexus est, Mariam consolatus est, quàm S. Joseph? copiosius ergo omni creaturâ, plus quàm flores rore, quàm gramina imbre, S. Joseph fluentis gratiarum, donorum, superfluis, donatus, ditatus est, plenus gratiis, Dominio, ac potestate in univërfa.

Cùm in Ægypto caritas, & indigentia rerum exorta esset, re- *Epitolum.*  
fugium generale erat, ad vice-Regem Josephum. *Ite ad Josephum.*  
Genes. 41. cap. Nullus est status in hoc mundo, qui non indigeat:  
Reges & Imperatores, hostiliter à Barbaris infestantur; *Ite ad Josephum,* hic à Tyranno Herode salvavit Jesum; omnes Reges terræ salvare potest: uxorati indigent pace & concordia; *Ite ad Josephum,* hic est, qui triginta annis, pacificè uxori suæ Mariæ cohabitavit, potens pacificum matrimonium uxoris procurare, indigent prolibus: *Ite ad Josephum,* hic est felix parens, qui cum Filio Jesu dotatus est, & vos steriles dotare valet: affligunt fors parentes, Filii immorigeri; *Ite ad Josephum,* hic est, qui optimum

D d 2

mum

mum Filium educavit, in educatione optimâ prolium vobis  
 stet. Angustiantur Matres in partu; *ite ad Josephum*, hic  
 cui Mater gravida, parientium adjutori confisa est. Soluti,  
 ginitatis coronam immarcescibilem conservare desideratis; *ite*  
*Josephum*, hic castus Sponsus & Virgo, vobis præluet. Pauperes  
*ite ad Josephum*, hic est universalis pauperum nutritus. Tristes  
 & afflicti, *ite ad Josephum*, hic est afflictorum consolator. Infirmi  
*ite ad Josephum*, hic est, qui medicinam præparatam, omni  
 gvori curando, Jesum portat in manibus. Morientes, *ite*  
*Josephum*, hic valet, ut in ultimâ horâ, Jesus & Maria, afflicti  
 præsentem. Peccatores, *ite ad Josephum*, hic est, qui  
 bestias, bovem & asinum dignatus est, & vos curabit  
 ad Dei gratiam perducere.

Amen.



IN FESTO ANNUNTIATIONIS,  
B. M. V.

## CONCIO PRIMÁ.

*Ave Maria.* Lucae I, cap.

*Textus.*

*Ave Maria, seu salutationem Angelicam ora-  
re devotè, quàm sit proficuum, utile, &  
impetratorium.*

*Thema.*

**I**N vitâ S. Gertrudis legitur, cum hodiernâ die, S. Gertrudis, in choro salutationem Angelicam, Ave Maria, canere audivisset, in spiritu rapta vidit, quomodo à SS. Trinitate, tres rivi in cor Mariæ defluerent, & iterum ad originem suam reverterentur; penes audivit sibi dici, quòd his tribus rivis, Mariæ tres gratiæ infusæ sint; à Patre, quòd B. V. sit potentissima; à Filio, quòd sit sapientissima; à Spiritu S. quòd sit clementissima; vidit penes S. Gertrudis, quòd de his rivis, Maria largissimè aquas profuderit, se Ave Maria salutantibus: Per quam visionè, mundo innotescere voluit, quàm meritum, utile, ac proficuum sit, Ave Maria, salutatione angelicâ Mariam honorare. Maria in Ave se honorantes, potentiæ, sapientiæ, clementiæ, ac gratiarum aquas liberalissimè effundat. Audiamus Patres: *Sanctissima Trinitas, ad debellandam mundi nequitiam, ceu prae-*stantissimam armaturam, Angelicam salutationem elegit. P. Palai- nus part. I. cap. 9. *Qui se ex toto corde ad serviendum Maria obtulit, & toties salutaverit, finaliter non peribit.* Michael Isolanus, lib. de Confrater. Rosarii. *Certè Maria nos salutât beneficio, &*

*Exordium.*

*Patres.*

*P. Palai-  
nus.*

*Michael Iso-  
lanus.*

Dd 3

con-

consolatione, si nos eam frequenter salutamus oratione; libenter nos salutat cum gratiâ, si libenter eam salutamus cum Ave

*S. Bonaventura.* *S. Bonaventura*, in spec. Virg. cap. 4. *Salutate Mariam in lutatione Angelicâ frequenter, quia hanc audit libenter.* *Thomas*

*S. Thomas Kempensis.* *Kempensis*, serm. 21. *O mirabile, & superadmirabile Ave, cap. fructu renovantur creatura, homines redimuntur, Angeli reorantur; quo demones effugantur, peccatores liberantur, Angeli*

*S. Bonaventura.* *gratulatur, verbum incarnatur, virgo gravidatur.* *S. Bonaventura*, in stimulo divini Amoris, part. 3, cap. 16. & iterum part. cap. 4.

*O mirum Ave, quod quâdam cœlesti dulcedine inebriat devotum. Spes de gloriâ paradisi, in corde ipsius, qui devotissimo Ave honorificaverit Mariam. Habentibus devotionem ad lationem angelicam, signum est ordinationis, & prædestinationis*

*Alano de Rupe.* *magnum ad gloriam.* *Alano de Rupe*, ipsa B. V. revelavit. *Opera imploratâ, de super Conceptus pandam.*

### CONCEPTUS I.

*Confirmatio seu Deductio.*

Ante oculos Auditorum meorum, duas potentes Reginas tuo. Bethabeam unam, alteram Esther. Bethabea ante filium suum Salomonem comparet, & obsecrat. *Petitionem ergo tuam parvulam deprecor à te, ne confundas faciem meam.* 3. Regum 2. *Petitio Bethabea non est exaudita; Bethabea tristis rececit Esther Regina, & sponsa magni Assveri, coram rege & sponsa comparet supplex, & ad votum omnia impetrat; hilaris rececit. Et si dimidiam partem Regni mei petieris, impetrabis.* Esther 5. *Quæ causa subest, quod Esther tam facile Regem Assverum mitigaverit, omnia ad nutum impetraverit? Causalem indicat Tertullianus. Esther. 15. cap. Ipsa autem roseo colore, vultum perfusa. Petrus lib. 55. Hieroglyph. scribit. Poparum olim supersticio obrinuerat, nihil negare princeps posset, si petitor oleo rosaceo, prius idolo oblato delibutus, supplex adesset. Roseus color, roseus odor in Esther commovit ad gratiam, mitigavit Assverum. Esther figura Virginitatis beatissimæ: ut olim Esther, ante faciem Assveri, sic nunc Maria*

te faciem Dei adstat. *Astitit Regina à dextris tuis*, Psal. 44. patrocina-  
tura, ita S. Bonaventura, in speculo V. cap. 5. *Esther nostra beata*  
*Maria, tantam gratiam coram rege aeterno impetravit, quòd per*  
*hanc non solum ipsa ad coronam pervenit, sed etiam generi huma-*  
*no, morti additio subvenit.* Rosco colore vultum perfusa est B.  
V. Maria, cum devotà salutatione Angelicà honoratur, ita metho-  
dius: *Coronemus Mariam rosis, salutemus Virginem hanc benedi-*  
*ctam, & dicamus ei, Ave.* Roseus hic color; Roseus hic odor Ave,  
salutationis Angelicæ, quâ ineffabiliter Maria decoratur, commovet  
Deum ad misericordiam, mitigat ad gratiam. *Omimum Ave, cujus*  
*fructu renovantur creatura, homines redimuntur, Angeli reparan-*  
*tur, spes de gloria paradisi, in corde ipsius, qui devoto animo, Ave*  
*honoraverit Mariam.* S. Bonaventura. Indicare hoc voluit Deus  
primo parenti nostro Adæ, Genes. cap. 2.

## CONCEPTUS II.

Vix Adam peccavit, & gratiam Dei perdidit, adest optimus  
Deus, in paradiso obambulat, errantem Adam vocat: *Adam ubi*  
*es?* obtupesco quærentem omniscium; Paulus enim ad Hebræos  
cap. 4. scribit; *Non est ulla creatura invisibilis, in conspectu Dei,*  
*omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus, nempe Dei:* cur igitur  
omniscius Deus, super Adam inquit, & quasi nescius petit:  
*Adam ubi es?* Illuminatissimus Doctor S. Augustinus præsentem  
explicat difficultatem, cum dicit: *Tò Adam, ubi es? increpantis*  
*vox est, non ignorantis,* Tom. 3. de Genes. ad lit. lib. 11. cap. 34. col.  
671. S. Ambrosius consentit. lib. de paradiso. Tom. 24. cap. 14.  
*Quasi increpans inquit: Adam, ubi es? ut consideret, de quâ*  
*beatitudine, de quâ gratiâ, miserè recessit. Ubi es? non in quo lo-*  
*co, quero, sed in quo statu? quò te duxerunt peccata tua?* S. Jo-  
annes Chrysostomus tom. 1. hom. 17. in Genes. cap. 3. scribit:  
*Verba Dei, Adam, ubi es? non increpantis, sed miserentis fuisse:*  
*habet misericordia vim, cum comitate, coniunctam, significat*  
*enim, quasi ita diceret ad illum: Quid fac um est? in alio statu te*  
*reliqui, nunc in nuditate te invenio: ubi es? unde tibi hoc acci-*  
*dit?*

dit? *Quis te in tantam adduxit alterationem? quis latro, vel parietum possessor, sic simul omnes divitiarum copias auferens, in tantam te inopiam induxit? vidisti misericordiam, mansuetudinem, & tolerantiam Domini, vidisti verborum attemperatorem, omni sermone, & cogitatione superiorem? vidisti, quomodo januas defensionis aperire vellet, ut misericordiam suam declararet.* Sed tuâ veniâ, auree Orator quod illud est remedium, quo januæ misericordiæ divinæ, de qua Adæ aperientur? quo miseras iterum evadere licebit? Remedium latet in verbis Dei, ad Adam dictis. *Adam, ubi es?* ab his decem primas litteras, nempe A, ab Adam, V, ab ubi, & E, ab es; has tres vocales compone, & sonant Ave: docet ergo Deus, primum hominem compellendo: *Adam, ubi es?* qui peccavimus, miseri mortales, iterum è ruinâ ad veniam, ab Irâ ad gratiam pervenire Deum, quem peccatis offendimus, mitigare: sapius Ave orationis salutatione Evangelicâ Mariam invocemus, imploremus, & hanc veniam obtinebimus, misericordiam impetrabimus. Est hic Conceptus Joannis Pauli Berlend. super Litanias Lauretanas fol. 10. Verba ejus sic sonant: *Cum Deus proto-parentem nostrum, in omen infelix prolapsus, ad comparendum, causamque suam accersisset, nec aliâ fuit ad id, verborum, aut sententiarum formâ usus, quàm brevi illâ trilogicâ: Adam, ubi es? quasi enim illi dixisset, Ave, indeque provocationis sue rigorem, salutariis virginæ prætensione attemperasset.*

### CONCEPTUS III.

Experientia docet, infantes recenter natos plorare. *Primum vocem emisit plorans.* Sap. 7. Causam subscribit magnus Augustinus tom. 5. de Civit. Dei. cap. 14. col. 1285. *Non à risu, sed à fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingressa sit, nesciens quod ammodo prophetat.* S. Antoninus 4. part. Summæ. Tit. 15. cap. 13. observat, plorantes nasci infantes, hanc tamen differentiâ, ut maliculi O A, foemellæ autem O E, plorent, ad illud tritum Hexametron.

Omnes

## Omnes dicunt E & A, quoque nascuntur ab Evâ.

Quasi Adam & Evam accusantes, quòd in tantas miserias hominem posuerint, plorantes autem, primam vocem emittunt, suffragium flagitantes, quòd in hac lachrymarum valle, in miseris adjuventur, confortentur, aut planè eruantur. Quis nominabit illud præpotens suffragium? nomino, & dico esse,unicam vocalem, V, quæ inter A & E posita, sonat Ave. *Ave, salutatione Angelicâ*, inquit Bonaventura, in Stimulo Amoris. Part.3.cap.16. *Terrestria letantur, cœlestia jucundantur*. Sponsus Cant.2. assentitur, & loquitur ad Mariam. *Sonet vox tua in auribus meis, vox tua dulcis*. Quæ est illa vox dulcis Mariæ? est vox Ave, hæc vox refocillat corda: Ave redire facit animi vigorem, Ave facit resurgere sensuum exercitia, Ave dulcorat amara miseriarum, sic concludente divo Bonaventura, ut supra. Ave quâdam dulcedine inebriat cor devotum, &c.

### CONCEPTUS IV.

Divus Thomas in expositione salutationis Angelicæ. Item Bonaventura in speculo. lect.12. Ave sic disjungunt, A, vâ; per Ave omne vâ miseriarum proscribitur, unde Eva, retrò si legatur, sonat Ave, per Ave redimatur, quod per Evam est peccatum. Eleganter in hanc materiam Chrysostomus hom. de interdicto Arboris: *Evam serpens seduxit, Maria Gabrieli consensit, sed seductio Eva attulit mortem, consensus Maria, saculo peperit Salvatorem, restauratur per Mariam, quod per Evam perierat, redditur per Mariam vita, quæ per Evam fuerat interempta*. S. Bernardus mellifluè dicit super missus. *Eva spina vulnerando, Maria rosa, omnium affectus mulcendo: Eva spina, insidens omnibus mortem, Maria rosa, reddens saluferam omnibus sortem: Eva Ministra fuit seductionis, Maria propitiationis; illa suggestit prævaricationem, hæc iniecit redemptionem*. Præclare S. Augustinus: *Eva Mater, panam intulit mundo; genitrix Domini*

Ee

ni

ni nostri, salutem attulit mundo: *Auctrix peccati Eva; Auctrix meriti Maria: illa occidendo obfuit; ista vivificando profuit; percussit illa; aſt iſta ſanavit.* Conformiter ſcribit Albertus Magnus in cap. 1. Lucæ cap. 54. *Virgo beata, Eva in effectu contraria fuit: Eva damnavit; Maria ſalvavit: unde & iſta nomen Eva mutavit, non voce quidem, ſed re; Nomen Eva, in ſalutis Ave permutatur: per Ave omne vae tollitur, & abſolvitur. Tertius eſt David.*

### CONCEPTUS V.

David graviffimum crimen adulterii & homicidii commiſit poenituit deſuper: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum; in cineribus meis ſtratum meum rigabo.* Pſalm 26. Item Pſal. 101. *Quiquit David. Cinerem tamquam panem manducabam; & cinerem meum cum ſletu miſcebam.* Super hos poenitentiae actus, & poenitentiam ſtatim in gratiam David recipitur, remiſſionem peccatorum non impetravit; tandem vero veniam obtinet, gratiam acquirit. *Dirupisti vincula mea,* Pſal. 115. Quo medio diu quaeritam gratiam Dei obtinet? dicit in Pſalmo citato: *Ego ſervus tuus, & filius ancilla tua.* Ancillam Domini B.V. ſe nominat, dum a Domino ab Angelo ei dictum eſt. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Filium ancillae ſe nominando, innuit David, obſequialem amorem, honorem, ſervitium erga Virginem Mariam, exaudiri eſſe, gratiam impetraſſe, veniam acquiſiſſe. Quomodo nunc ſervitorum, honorum, ac amoris genere, ſe quis dilectum acceptum, & charum Filium Mariae exhibet? dicit ipſa ſacra Scriptura ma Virgo. Cant. 2. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Oſculum omnium ſignum eſt, intenſi amoris, ac cultus: dicit nunc S. Bernardus ſuper illud miſſus eſt. *Toties oſcularis, quoties Ave ſalutaris.* Ergo Ave Virgo devotè dicendo, maximè honorat, maximè Virginem amat, eoque maximè Mariae ſervit, hocque cultu facillimè veniam meretur, & gratiam impetrat ac favorem. *Impoſſibile eſt, hanc devotionem (Ave dicendo) manere in homine, ſine mutatione dexterae excipiente.* Concludit Joannes Andreas cap. 10. unde hortatur Bernardus ſuper miſſus eſt. *Si eſt tibi va, dic ad Mariam Ave. Et iterum*

*Non recedat ab ore, non recedat à corde, toto vita mea tempore  
illa salutatio Angelica Ave.*

Concludo cum S. Bonaventura in speculo, cap. Epilogus.

4. *Libenter nos Maria salutat cum gratiâ, si libenter eam  
salutamus cum Ave Maria. Ergo salutemus eam cum S. Ephrem.  
ferm. I. de Laud. V. cap. 13. Ave prastantissimum universi orbis  
terra miraculum: Ave terrigenarum omnium oblectamentum:  
Ave paradise delictiarum, totiusque amœnitatis, & immortalita-  
tis. Ave lignum vitæ, gaudium, & voluptas: Ave lilium con-  
vallium, fidelium undique salus: Ave portus tranquillissime, &  
à fluctibus, procellisque agitationum liberatrix desideratissima:*

*Ave Filia Dei Patris, Mater Dei Filii, ave Sponsa Spiritûs*

*Sancti, Ave gaudium totius SS. Trinitatis.*

Amen.



E e 2

IN



# IN FESTO ANNUNTIATIONIS B. M. V.

## CONCIO SECUNDA.

*Textus.* Gratiâ plena. Lucae i. cap.

*Thema.* Mariæ prædicatum sit: *De gratis: quoniam gratias omnibus copiosè elargitur.*

*Exordium.*  Um Mardocheus Judæus, pulchram Esther in finem gratiâ, apud Regem Assverum, intelligeret, confidenter dixit. *In domo Regis, præ cunctis Judæis, quis novit, utrum idcirco ad Regnum veneris, ut tali tempore parareris.* Esther cap. 4. Idem de B.

*Patres:* dicere licet: In domo Regis præ cunctis es, gratiâ plena. Audetur Laurentius Justinianus lib. de Laud. *Nullus mortalium, quovis donorum cælestium numerositate sit præditus, Virgini non coequari: Patriarcharum utique, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, omniumque Sanctorum merita, B. Maria transcendit.* Hinc S. Epiphanius lib. de Laud. B. V. *solo Deo excepto, cunctis superior existit B. Virgo.* Et Andreas Cretensis Tract. de assumptione *Deo excepto, omnibus es altior.* Et divus Bonaventura, super *Sanctorum & Angelorum in B. Virgine reperiuntur.* Sed non tam sibi gratiâ plena, quàm ut gratias suas, in nos miseros distribuere.

*S. Bernardus* Audiamus Bernardum, super signum magnum: *Omnibus omnino facta est, Sapientibus & Insipientibus copiosissimâ charitate debitam se fecit, omnibus misericordia sinum aperuit, ut de plenitudine ipsius accipiant universi, captivus redemptionem, ager curam*

zior em, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus letitiam. Aurea sunt verba S. Hieronymi serm. de assumpt. *S. Hieronymus.*  
 Dei genitrix verè salutatur ab Angelo, gratià plena, per quam largitus Spiritus Sancti imbre, superfusa est omnis creatura: hac dedit cælis gratiam, terris Deum, pacemque refudit, fidem gentibus, finem vitii, ordinem vitæ, ac moribus disciplinam: tam in cælo, quàm in terrâ, ejus plenitudo super omnem creaturam, de cujus plenitudine omnis natura virefcit. Maria, inquit Petrus Chrysologus serm. 140. dedit pacem terris, cælis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis. *S. Petrus Chrysologus. Guilielmus.*  
 Beatissima Virgo Maria, scribit Guilielmus in cap. 4. Cant. continet sibi abyssos vitæ, & immortalium gaudiorum sed non ita continet sibi, ut non effundat aliis: effundit Angelis, & hominibus; Angelis torrentem voluptatis, hominibus in hac peregrinatione, torrentem sanctitatis, & sanitatis, sic tamen effundit, ut non minus contineat. Certe gratiâ Maria, inquit S. Bonaventura in spec. non solum fuit utilissima sibi ipsi, sed etiam nobis, imò toti humano generi. Adjuvas o Maria! Verba sunt doctissimi Idiota, in Contempl. B.V. cap. 6. Num. 3. in hac vitâ præfenti tam bonos, quàm malos; bonos in gratiâ conservando; malos, ad misericordiam reducendo. Divino auxilio desuper Conceptus dabo.

CONCEPTUS I.

Liber Genesis cap. 2. narrat, paradysum Deum creâsse, in quo fuisse fluvium, qui totum irrigabat. *Confirmatio seu Deductio.*  
*Et fluvius egrediebatur, de loco voluptatis, ad irrigandum paradysum.* Mariam intitulat S. Bernardus in deprecatione ad B.V. *Paradysum. Verè paradysus tu es Dei, quia lignum vitæ mundo protulisti, de quo, qui manducaverit, vivet in æternum.* Et fluvium paradisi, B.V. Mariam nominat Cardinalis Pazmany. Concione de immaculatâ Concept. *O dulcis aque ductus, canalîs, & fluvius benedictionum! cur fluvium? fluvius à fluendo dicitur, quia aquæ indefinenter in fluvio fluunt, & refluunt; & idèò fluvius paradisi est Maria, quoniam aquæ gratiarum, indefinenter è fluvio, fonte, & rivo Mariâ, nobis fluunt, & refluunt: ita Patres: O quanta mundo contulisti, que tam salubris aquæ ductus esse meruisti.* Bernardus, ut supra. *Mertio dici potest*  
 E e 3

*potest gratia plena, à quâ omnes gratia manant in Ecclesiam militatam; figurata in fonte illo, de quo Genes. 2. qui de terra ascendens irrigabat universam superficiem terra. Ita S. Bernardinus Senensis ferm. de Annuntiat. B. V. art. 1. cap. 2. convenienter Plalmi Fluminis impetus latificat civitatem Dei. Et Isaiæ cap. 18. Fontes quarum, cuius non deficient aqua. Per Mariam, quasi canalem, dundavit. Richardus à S. Laurentio de Laud. B. V. lib. 1. cap. Flumini ingeniosus Symbolista, hoc Symbolum inscripsit: Quis plinius, utilius magis. Sic experimur, quò major est Danubius, utilior ad navigandum, eò citius, velocius, & securius navigantes, ad exoptatum portum decurrunt: eò copiosius necessitate vitæ advehuntur, ad commune beneficium, & solatium inhabitantium. Virginem beatissimam, flumen Dei, repletum aquis gratiarum, flumen multifluum gratiarum. Richardus à S. Laurentio lib. 9. pag. 516. intitulat. Subscribo ego Symbolum: Quò plinius, utilius magis; plenissima est aquis gratiarum B. V. gratia plenissima nobis; ut Masenius canit pag. 137.*

Credimus, en plenis Virgo benè convertenda,

Non mergit, placidè provehit illa ratio

## CONCEPTUS II.

Gratiosissimum nomen Mariæ interpretatur Dionysius Causianus, lib. 3. de Laud. V. cap. 6. quod Mare significet; ex causali, omnia enim flumina intrant & fluunt in mare, sic omnes gratiæ confluerunt in Mariam. Audiamus S. Antoninum. Part. Tit. 15. cap. 4. §. 2. *Congregatis igitur omnibus gratiis, in unum locum, scilicet in animam Virginis, appellavit eam Mariam, quia mare gratiarum, omnia enim flumina intrant in mare, id est omnes gratia in Mariam, copiosius describit S. Bonaventura in spec. lect. 3. Maria dicitur mare, propter affluentiam & copiam gratiarum, unde scriptum est in Ecclesiaste: Omnia flumina intrant in mare*

trant in mare: flumina sunt charismata Spiritus S. unde Joannes dicit: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aqua viva, hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes: omnia ergo flumina intrant in mare, dum omnia charismata Sanctorum intrant in Mariam; flumen enim gratiae SS. Angelorum intrat in Mariam, & flumen gratiae Patriarcharum, & Prophetarum, intrat in Mariam, & flumen gratiae Apostolorum intrat in Mariam, & flumen gratiae martyrum intrat in Mariam, & flumen gratiae Confessorum intrat in Mariam, flumen gratiae Virginum intrat in Mariam, omnia flumina intrant in mare, id est, omnes gratiae intrant in Mariam, gratiam plenam. Mari aquis redundantis Symbolum hoc subscribit Academicus: *Et sibi, & omnibus dat, dum redundat.* Quò altius est mare, quò magis redundat aquis, eò magis per occultos terræ meatus, & canales, in omnes regiones, in campos, & prata, in agros, & sylvas, & in montes, & valles, aquas suas effundit, ipsum tamen mare, aquis adhuc abundat. Sic mare Maria, & sibi, & omnibus, plenum est aquis gratiarum; *dat, dum redundat:* gratiam plena, aquas gratiarum, in nos miseros, indigentes, copiosè profundit; audite Bernardinum Senensem, & Richardum à S. Laurentio, ac S. Anselmum: hic orat. *1. ita ad Mariam perorat. O femina plena, & superplena, de cujus plenitudinis redundantia, respersa sic reviviscit omnis creatura. Non timeo dicere, inquit Bernardinus Senensis serm. 61. in Fer. 4. post Pascha art. 1. cap. 8. Quòd in omnium gratiarum effluxu, quandam jurisdictionem habuerit hæc virgo, de cujus utero, quasi de quodam divinitatis oceano, rivi, & flumina emanant, omnium gratiarum.* Richardus lib. 1. cap. 4. perorat. *Benedicta es, gratia plena, & in tantum plena, ut ex tuo redundante, totus hauriat mundus.*

### CONCEPTUS III.

Sponsus inquit de B. V. Maria Cant. 7. *Oculi tui, sicut Piscine in Hesebon.* Cur sicut in Hesebon? an non etiam oculi Mariæ, sicut piscina in Bethsaida? de hæc Joannes cap. 15. *Movebatur aqua, & sanabatur unus.* Cui emblematis loco, ingeniosus Academicus sub-

subscribit: *Turbata salutem*. Sic B.V. ab Angelò salutata, refertur S. Luca cap. 1. *Turbata est*. In quem locum appositè Richardus S. Laurentio lib. 9. de Laud. B.V. *Maria est piscina probatica Joannis, in quam Angelus Domini, secundum tempus descendebat, & movebatur aqua, & sanabatur unus; tempore enim incarnationis, descendit Angelus magni Consilii in Mariam, & mota est aqua, quando ad novam revelationem turbata est Maria, & sanatus unus, id est, quotquot crediderunt, in Deum trinum & unum. Accèt ergo, & piscina in Bethsaida, & probatica, dici potest Maria, aut Sponsus Christus, in canticis, Mariam, non piscinam in Bethsaida sed piscinam in Hesebon comparat: *Oculi tui, sicut piscina in Hesebon*. Cant. 7. Cur piscinam in Hesebon? Piscina in Hesebon movebatur semper, & non uni, sed omnibus, aquas suas salubres propinabat, omnes sanabat, unde dicta est piscina in Hesebon: *In partu Filie multitudinis*, Cant. 7. Piscinam ergo in Hesebon comparat B.V. Maria, ut quæ non erga unum, sed erga omnes homines commovetur, congregationes aquarum, gratiarum inquam, non uni sed omnibus se invocantibus propinat, elargitur, profundit, omnifanat, omnibus medetur. Ita Conceptum concludit S. Joannes Damascenus. Orat. 1. de Nat. B.M.V. *illa enim est, afferens vitam se orbi medicinam; est fons, qui omnem naturam morbo laborantem in sanitatem restituit.**

#### CONCEPTUS IV.

Joannes Apocal. 12. cap. describit B.V. *Signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole, luna sub pedibus ejus, & in fronte ejus corona stellarum duodecim*. Angeli quoque mirantes inquit. Cant. 6. *Qua est ista, que progreditur, quasi aurora confusa, pulchra ut luna, electa ut sol*. Quæstio est, cur Mariam Joannes Angeli, omnibus cæli luminaribus, sole, lunam, stellis adornatam vestitam, dotatam describant? Quæstio hæc, ex libri Genesis cap. 1. solvitur: hic narrat Textus; *Tenebræ erant super faciem abyssi*. Has tenebras dissipare, & terram illuminare, placuit Deo cæli luminaria, solem, lunam, stellas creare, & hæc providentiâ ordinare ut si unum occidat, alterum oriatur, sicque indefinenter de filiis

mine, mundo aliquid tribuant, elargiantur: Sic summo mane progreditur aurora, subsequitur sol radians; Sol dum occidit, splendet luna, hæc obtenebratâ, fulgent stellæ, progreditur iterum aurora, sicque indefinenter, hæc pulchra cœli luminaria, de luce suâ, pauperi & inopi terræ, aliquid donant, elargiuntur: & hæc de causâ Joannes omnibus cœli luminaribus, auroræ, soli, lunæ, stellis, radiantem describit, & Angeli comparant B.V. Mariam, ad indicandum, Mariam luce gratiarum, quâ plena est: *Gratiâ plena: nobis gratiâ inopibus, ac indigentibus hominibus, omni tempore, in omni loco, & occasione, manè & vesperè, diu noctuque, elargiri, ac distribuere, ita salutatur B.V. Chrysippus Orat. de laud. Ave fons lucis, omnem hominem illuminantis.* Symbolum, luminaribus cœli, sole, lunâ, & stellis radianti Virgini, subscribit Academicus: *Acceptum communicat orbi: nempe sicut sol, luna, stellæ de suâ luce, sic B.V. de suâ gratiâ, toti orbi, omni homini partitur.* Marius subscribit Versu.

Virgo piis animis, tristi, quæ Cynthia mundo est,  
Omnia donat, opum nil habet inde minus.

### CONCEPTUS V.

Archangelus Gabriel ad Mariam ait: Luc. 1. cap. *Invenisti enim gratiam apud Deum.* Invenire, est rem perditam iterum recuperare, iterum acquirere; Sic Lucæ 15. cap. *Congratulamini mihi, quia inveni ovem, quam perdideram.* Item, ut de aliquo dici possit, se rem invenisse, rem illam debuit querere, juxta Christi verba Lucæ 11. cap. *Quarite, & invenietis.* Ad Mariam dicit Archangelus. *Invenisti enim gratiam apud Deum.* Si invenit, ergo quæsit gratiam; pro se querere, opus non habuit, ipsa enim est gratiâ plena; pro quo ergo gratiam quæsit? utique pro illo, qui gratiam Dei perdidit, nempe pro universo humano genere: ita doctissimus Idiota, de Contemplat. de B.V. cap. 6. Num. 1. & 2. *Invenisti gratiam apud Deum, o dulcissima Virgo Maria! hanc autem, non tantum propter te habuisti, sed etiam propter nos, ut multipliciter nos*

FF

adju-

*adjuvares.* Theologi docent, rem alienam inventam, proprio restituebam esse; gratiam, quam perdidit homo, invenit Maria: si invenit, ergo restituit nobis. Eleganter Hugo Cardinalis, per cap. 1. Lucae: *Currant ergo peccatores, ad Virginem Mariam, gratiam amiserunt peccando, & eam invenient apud eam; illam lutando, & secure dicant: redde nobis rem nostram, quam invenisti.*

## CONCEPTUS VI.

Non sufficiebat dicere, Archangelo Gabrieli: *Ave gratia plena* addit: *Spiritus S. superveniet in te.* Lucae 1. cap. Si jam gratia plena est, quid S. Spiritus, dator gratiarum, faciet super Mariam? S. Bernardus respondet Serm. de Nat. B.M.V. *S. Spiritus venit super Mariam, Virgini non sufficiebat propria plenitudo, petit supereffusivam, ad salutem universorum; nempè, ut serm. in signum magis loquitur. Ut de plenitudine accipiant universi, captivus redemptorem.* &c. ut supra.

*Epilogus.*

Hortor ergo cum Richardo à S. Laurentio lib. 1. cap. 4. de la *Si igitur, o fidelis anima, gratia tibi defuerit, ad ipsam plenitudinem gratie, Mariam inquam, confuge.* Christus moriens caput suum inclinat deorsum, versus Mariam; causam insinuat Hugo Cardinalis in cap. 19. Joannis, nempè Christus nutu capitis indicat vult, quod ore non amplius potest eloqui: *Per Mariam petite gratiam, quia ipsa est thesauraria gratiarum.*



\*\*\*\*\*  
 IN FESTO ANNUNTIATIONIS  
 B. M. V.

CONCIO TERTIA.

Ave. Lucae i. cap.

Textus:

Ave: disjunctivè si legatur, sonat, A Væ; omne  
 væ miseriarum, à nobis B. V. Maria re-  
 pellit.

Thema.

**N**

On sine mysterio, Archangelus B. V. Mariam, gratioſo  
 hoc verbo Ave, ſalutat: ſi enim Ave retrò legatur,  
 ſonat, Eva; Eva infelix Mater eſt, quæ væ miſeriarum,  
 in mundum invexit; Maria felix Mater, quæ omne væ,  
 à nobis avertit. *Hæc, Maria inquam, prima Matris*

Exordium.

Patres.

*damna reſolvit, hæc perdito homini, redemptionem adduxit. Pero-*  
*rat S. Auguſtinus Serm. 33. de Sanctis. Reſtauratur per Mariam,*  
*vita, qua per Evam fuerat interempta, quod per Evam perierat,*  
*redditur per Mariam. Scribit S. Chryſoſtomus hom. de interdicto*  
*arboris. Audiamus Bernardum. Eva ſpina fuit, Maria roſa exti-*  
*tit: Eva ſpina, vulnerando, Maria roſa, omnium affectus mul-*  
*cendo; Eva ſpina, inſigens omnibus mortem, Maria roſa, reddens*  
*omnibus ſalutiſeram ſortem. Et iterum. Crudelis nimis Eva, per*  
*quam ſerpens antiquus peſtiſerum, etiam ipſi viro, virus inſudit;*  
*ſed fidelis Maria, qua ſalutis antidotum, & viris & mulieribus pro-*  
*pinavit: illa miniſtra fuit ſeductionis, hæc propitiationis, illa ſug-*  
*geſſit prævaricationem, hæc iniecit redemptionem. Audiamus Al-*  
*bertum Magnum in cap. 1. Lucae. Miſus eſt, 54. Virgo beata, Eva*

S. Auguſti-

nu.

S. Chryſoſto-

mus.

S. Bernardus

Albertus

Magnus.

Ff 2

in

in effectu contraria fuit; Eva enim damnavit, Maria salvavit, unde & ista nomen Eva mutavit, non voce quidem, sed re; illa enim omnes generavit in mundum, ista in caelum; illa Maternalis, ista Mater misericordie; illa principium mortalitatis, illa principium vite; illa nos transire fecit, de gratia ad culpam, de culpa ad gratiam. Plenitudinem gratiae, posuit Deus in Maria. Sciamus, si quid spei in nobis est, de Maria profuatur. Inquit S. Bernardus Serm. 3. in Nativ. Virg. Tu es Mater misericordiae, quia non in hoc mundo tam miser, cui non misericordiam ostendis, scribitur. S. Bonaventura, in Stimulo Amoris tom. 3. cap. 19. In quacunque cessit aze quis fuerit, si invocaverit beatam virginem, liberabitur. S. Brigitta lib. Revelat. cap. 31, implorato Dei auxilio, desuper Conceptus.

S. Bonaventura.

## CONCEPTUS I.

Confirmatio  
seu Deductio.

S. Virginem, Archangelus Gabriel Mariam compellat. Et vocat *Virginis Maria*. Maria, quasi mare: causam dixi concione praedicti, Conceptu secundo; Mare inter alias qualitates, & hac prerogativa gaudet, naves, quae horrida tempestate, in nescio quo remotum, ac dislitum exilium ejectae sunt, iterum molli via adducit ad placidum portum, ad exoptatum littus, & Patriam; inde ingeniosus Academicus Mari hoc Symbolum applicat: *Errantes reducit, dissociata sociat, dispersa congregat*. Erravit a manu genus, a via veritatis, unde ab horrida tempestate Dei, in longe dislitum exilium dejectum est, usque modo gemit degit, in hac lachrymarum valle: per peccata, & scelera, a Deo se homo dissociat, exul est gratiae; B.V. Maria mare est, quae ope, & patrocinio, errantes peccatores suaviter reducit; a gremio Dei exules, dissociatos, iterum gratiae sociat, & conjungit. Augustinus S. Bernardum Serm. 1. super Salve Regina. *Virgo Maria, dicitur pietatis abyssum, cui vult, & quando vult, & quomodo vult, dicitur aperire, ut quisvis enormis peccator, non pereat, cui Sanctorum, patrocinii sui suffragia prestat*. Et aliud beneficium humano generi mare exhibet, nempe omnis generis herbas, & germina, etiam in profundo abissi radicatae, fovet, & confert iterum

iterum Academicus, eleganti lemmate exprimit: *Germinans de profundo*: ita sanè Maria Virgo, humanas mentes, ceu totidem plantulas, inter calamitatum procellas tuetur, atque singulari studio fovet, ut aded à S. Bonaventura Opuscul. 25. verissimè cognominetur: *Tutissimum afflictorum omnium refugium*, & à B. Alberto Magno; super missus est. *Quies laborantium, & solatium afflictorum.*

## CONCEPTUS II.

Sponsus in Canticis de Mariâ Virgine inquit: *Collum tuum, sicut monila*. Gregorius Nyssenus legit, *Collum tuum, sicut portus*. Portus Maria rectè dicitur, ita Ephrem Syrus, serm. de laud. Virg. *Tu noster es portus, Virgo intemerata!* Sed cur littori, & portui, Maria Virgo assimilatur? Navigantes noverint, quid sit portus, nempe in tempestatibus, & periculis, unica salus, refugium, & protectio: unde Bernardinus noster, littori, & portui maris, hoc inscribit Symbolum; *Hic optata quies*. Sic B. V. Maria, in tempestatibus, & periculis hujus amari maris miseriarum, *optata quies est*, vix afflictionum misericorditer avertens, in securitatem gratiæ Dei, & reconciliationis, nos constituens: sic perorat S. Amadæus hom. 8. de laud. virg. *Maria quippè, presentis sæculi navigantes, seque plenâ fide invocantes, ab impetu procella, & ventorum rabie eruit, eosque ad litus felicissima Patriæ perducit.*

## CONCEPTUS III.

Iterum Sponsus Mariam Virginem deprædicat. Cant. 7. *Venter tuus, sicut acervus tritici, vallatus liliis*. Cur tritico comparatur? Cur liliis vallatam asserit? Ad utrumque respondeo: triticum communissima vitæ humanæ est sustentatio, & conservatio; sic B. V. Maria, vitæ spiritualis, nempe gratiæ Dei, universalis est conservatrix: Academicus Symbologicè exprimit: *Satiat universos*: concludit S. Epiphanius Orat. de laud. Deiparæ: *Maria mensa fidei intellectualis est, panem vitæ, mundo suppeditans*. Buteon. Hym. p. 133. ait: *Maria mensa est, portans copiam propitiationum*. Melliflue

fluè Bernardus ferm.4.de assumpt. *Misericordia tua, o benedicta longitudinem & latitudinem, sublimitatem & profundum, quæ queat investigare? nam longitudo ejus, usque in diem novissimum invocantibus eam, subvenit universis: Latitudo ejus, replet orbem terrarum, ut tuâ quoque misericordiâ, plena sit omnis terra: sic & sublimitas ejus, civitatis superna invenit restaurationem & profundum ejus, sedentibus in tenebris, & in umbrâ mortis obtinuit redemptionem.* Audivimus nunc, cur sponsus B.V. Mariam, acervum tritici dixerit: nunc cur vallatum lillis? Lillum avertatur, anchoram figurat, anchora navim, ne intereat, firmat Job vitam hominis, navi comparat; ut vita animæ, repente non intereat, Maria firmat. Audiamus desuper Buteum, in Floribus *Maria stabilis anchora iis, qui tempestate jactantur, præfugium vexatorum, spes desolatorum.* Eruditè canit in hanc materiam Masenius.

Corpore mens ægro, dubio ratis æquos  
nutat,

Firmat Virgo animos, anchora fixa ratis

#### CONCEPTUS IV.


S. Mater Ecclesia, Mariam honorat titulo: *Turris eburnea* didicit ex Canticis cap.7. *Collum tuum, sicut turris eburnea.* Eburneum vocat? inter diversas qualitates, quibus ebur dicitur candet, placet Doctrina Philippi Abbatis, in cap.7. Cant. ita dicitur: *Ebur tam admirabilis virtutis est, ut si pannus lineo per ipsum ebur mittatur, & ipsi panno lineo, carbo vivus deponatur, suâ virtute ebur pannum, qui illi adhaeret, illesum relinquit.* Desuper concludit Author: ita B. Virgo peccatorem protegit, ne à carbone iræ desuper concremari possit; voluit ergo Spiritus S. verbis citatis: *Collum tuum, sicut turris eburnea,* nobis intercedere, potentè potentissimæ cœlorum Reginae curam, & protectionem in omnes homines; quòd nimirum ab æstu indignationis divinae illæfos conservet, & intactos, præservetque etiam incolumes.

ignis infernalis incendio, affirmante Methodio, ferm. de laud. B. V. *Quid de te dicam, o Benedicta! ignoro, nam ab inferis peccatores eruens, ostendis, per tua merita, in inferno dari redemptionem: hæc sunt arcana, quæ nec mens, nec ratio valet percipere.* Verba Methodii, Nicephorus de laud. B. V. subscribit. *Maria iram de celo depellit, & de Dei justitiâ, obsessos ex inferis eripit.* Ave, quod dicitur Mariæ, omne væ, à nobis depellit.

### CONCEPTUS V.

Exodi cap. 12. legitur, Angelum percutientem, non potuisse nocere iis, quorum superliminaria domorum, sanguine Agni Paschalis, tincti erant; Agnus Paschalis Jesus est, postis hoc Agno signatus, uterus est beatæ Virginis; in Mariæ corpore, accepit Jesus carnem, & sanguinem; in Mariæ corpore accepit Jesus vitam, & animam, corpus ergo, & uterus Beatæ Virginis, Agno Jesu notatus, postis est, & æternum memoriale: si ergo Judæis profuit, ubi signum, etiam guttæ unius, Agni occisi patebat; quanto magis proderit nobis, clementia Matris nostræ, Virginis Mariæ, signati postis, non unâ guttâ, sed integro Agno, non Agno occiso, sed in æternum vivo; Maria ergo, arceat percutientem Angelum, ut nos juxta demerita, vindex Dei Angelus, non percutiat, sed propter magna Matris merita, nobis suaviter tutelaribus custos præluceat, avertit Maria à nobis væ, mille dignissima Ave.

Ut ergo B. V. Maria, omne væ temporalis miseræ, & æternæ pœ- *Epitogm*  
næ, à nobis avertat, clementissimam cœli Reginam, cum S. Basilio, de Incarnato Verbo, imploremus. *O Mater, & Sancta Virgo! aspice nos de celo, oculo propizio, & nunc quidem educ nos hinc, cum pace, ad judicis autem thronum à confusione liberos nos siste, & stationis tandem ad dexteram participes nos effice, ut inde ad cælum abrepti, unâ cum Angelis, increatam, hominibusque Trinitatem laudemus.*  
Amen.



IN